

milabitur, erit prodigus, in rebus mulierum insensatus, procius, libidinosus, delinquens, capillorum ornatus amabit, semetipsum extollet, nescius suorum amissorum gaudebit, in hominum erubescencia leuiter impediet, sui compos erit, foemineiq; sensus, in rerum ecclesiasticarum dilectione praeualebit, in rebus praecedet, erit occultator, & fidelis, omnium malorum ignarus, cunctis obnoxius. In suis operibus commendabilis & liberalis in omnibus quae fecerit. ¶ Quod si Mercurio Iupiter assimiletur, & fuerit qualitatis Idoneae, erit natus in librorum lectionibus assiduus, amabit sillogismos, & erit geometra, peritus in quadriuiuo, uersificator ac sermocinator, acuti ingenij, humilis, boni consilij, laudabilis in moribus, beneficus, dispositor, bonae qualitatis animae, dapilis congregationis, bonae opinionis amator, bene & subito incepta perficiet, erit homo regiminis, bonae credulitatis, medicus regis, deum diligit, bonae animae amabilis, consanguineos amabit, indolis erit bonae, amator scientiae, homo diuitiarum. Quod si haec stella praedicti contrarium optinuerit, erit natus stultus, stultiloquus, frequenter fallitur, miser, continget ei alantusimus, diuinis adhærebit, impetuosus erit, amator animae, cum sit stultus, sapiētem se putabit, superbus, perturbator, in alterius seruitute semetipsum collocabit, motus erit inordinati, uerbosus, bonae memoriae, homo doctrinae & appetitus rigidi. ¶ Quod si Mars animae dispositioni solus dominetur & laudabilis qualitatis existat, natus erit fortissimus, & potēs iracundus, armorum appetitor, animosus, ponet animam suam in mortis periculo, nulli se humiliabit, destructor, in suis confidet uiribus, primus in bello, uilipendet omnia, uiolentiam hominibus ingerit, & erit homo regiminis. At si haec eadem stella fuerit in istorum quae praediximus contrarium, natus erit tediosus, blasphemator, sanguinis effusor, contrarietatum amator, consumptor, garrulus, stultus, superbus, deprædator, in ipsius maleficijs inordinatus, deinceps consanguineos abhorrebit & deum ignorabit. ¶ Si uero similis Veneri fuerit, & idoneae qualitatis extiterit, natus erit alacer, & bene morigeratus, suos amabit socios, mollis uitae, iocosus, bonus homo, aptae complexionis & formae, amabit salutationes, procius, homo diuitiarum & quietis, uir leuis in coitu, ei tñ inde continget bene, sibiq; praecauebit, sapiēs, uerecundus, & cognitor, item libēter habebit rem cum uiris & mulieribus, erit etiam deuastator, leuis iracundiae & zelotypus. Quod si haec eadem stella in praedicti contrarium conuersabitur, natus multus ac superfluus erit in coitu, diuersarūq; qualitātū oēs uilipendet, delinquens erit, blasphemator, mendax, pditor, suos & alienos decipiens, appetitus festini, fastidiosus, conjugatarū & uirginū corruptur, uersutus, acutus, inordinatus, deceptor, peierabit, ideoq; in ruborem & uerecundiam subito cadet, insensatus, semetipsum fortassis adornare sapiet, impetuosus, turpia committet, & horridus erit. ¶ Qd si Mercurio Mars assimiletur & comēdabilis qualitatis existat, erit natus cōductor, exercitiū rector, festini motu, potēs, amās, sapiēs, laboriosus, cogitator, uersutus, proditor, instabilis, astutus, malorū operū, leuis intellectus, deceptor hypocrita, uersipellis, cōtumax, grādis inq; sitor, rixarū amator, eiq; tñ ide